

dare plezariam ad dictam tabullam de solvendo ipsum dacium ad tempus supradictum. Remanente tamen regalia Vicedominorum in statu suo et ultra istud datum et regaliam nil aliud debeat solvi de ipso. Et ne fraus committatur ponant officiales mentem et habeant bonam curam per illos modos q. sibi videbuntur. Et si aliquem invenerint non solventem dacium predictum condemnent eum in solidis quinque pro libra valoris ipsius zaffarani que pena per quartum dividatur scilicet quod officiales habeant quartum, scribe cum pueris quartum, accusator si fuerit quartum et reliqua sit communis.

*Capta.*

Quod de strazaria cujuscumque conditionis scilicet drapamentis de lino et de lana et de bombice et de seta et qualibet pelle usis seu menatis deinceps solvatur dacium ad tabullam lombardorum ad introitum ad rationem parvorum sex (1) pro qualibet libra valoris ipsius quando fuerit estimata et si quis defraudaret dictum dacium cadat in pena solidorum quinque parvorum (2) pro qualibet libra que pena per quartum dividatur ut supra.

*Capta.*

Quod de caparis sinapi et carobis de quibus nil solvebatur de dacio ante guerram debeant solvi deinceps ad tabullam lombardorum pro dacio denarios duodecim pro libra valoris eorum ad exitum. Ita tamen quod remaneat in libertate et discretione vicedominorum restringendi de ipsis et non faciendi bulletam alicui qñ sibi videretur ne terra paciatur defectum.

*Capta.*

Quod de limonis similiter ad exitum solvantur ad dictam tabullam pro dacio grossi sex pro miliario cum ante guerram nil solutum fuerit de ipsis ad exitum. Ita quod possint restringere Vice-domi et non faciant de ipsis bulletam alicui qñ sibi videretur ne terra paciatur defectum.

*Capta.*

Quod de telis veteribus mantilibus et tralijs (*tralicci*) tam novis quam veteribus que extrahentur de Venecijs cum lignis disarmatis solvantur danari sex pro libra.

(1) Circa 5 centes. ital.

(2) Circa 60 centes.